



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita S. Liborii Episcopi, Calcvo Laborantivm Patroni**

**Bolland, Johannes**

**Antverpiae, 1648**

II. Ex eadem tabula.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9573**

Nostrumque fieri tutamen, quod præstet nobis Christus. Amen.

¶. Ora pro nobis S. Libori. ¶. Ut digni, &c.

Or. Adesto, Domine, precibus nostris, quas in sancti Confessoris tui atque Pontificis Liborij commemoratione deferimus; ut qui nostræ iustitiae fiduciam non habemus, eius, qui tibi placuit, precibus & meritis adiuuemur.

a Vel deest aliquid, vel hac malè dis�uncta.

b Idem Ode quinta confirmat. Mirum id ab auctore Saxone, qui Vitam & Translationem ante 750. annos scripsit, non tradi: nisi post illius eum acciderit.

## H Y M N V S II.

*Ex eadem tabulâ.*

Felix Præsul, ô Libori,  
Stirpe natus meliori,  
Luxus mundi refutasti  
Genus tuum adornasti  
Vbertate, ad virtutum  
Claruisti Christi nutum:  
Visus inopum amator,  
Et Sanctorum imitator,  
Castus, largus, & benignus,  
Omni laude mundi dignus.  
Ob hoc Deus dedit tibi  
Dona sacra hîc & ibi;  
Multâ mira per te fecit,  
Ab obsessis sordes iecit,

M 3

Mul-

## 182 VITA S. LIBORII PATRONI

S. Liborius      Mutos, surdos tu curasti,  
 clarus mi-      Cæcis visum reformati,  
 raculis,      Colicæ tu sanas curas,  
 præsertim      Aufers calculi torturas.  
 curatione      Qui & prece fortunatus  
 calculi,      Promoues piorum status,  
 ad piuum sta-      Hos ad sancta conuocando  
 sum iuuat:      Vales consequi precando.  
                   Hinc in bonum meum statum  
                   Aptes ipsum Deum gratum:  
                   Me virtutum claritate  
                   Frui fac, & sospitate;  
                   Ut procedat hinc laus Deo,  
                   Ac profectus mihi reo.  
 Quod sum, tuum in exemplum,  
 Da me fore Dei templum:  
 Sua seruem ut mandata,  
 Vitem mortis & peccata.  
 Precor supplex te, Libori,  
 Me dispone sanctè mori;  
 Ut post istum finem ita  
 Queam in cælesti vitâ  
 Deum verum collaudare,  
 Gaudijs & abundare. Amen.

¶. Ora pro nobis S. Libori. ¶. Ut digni efficiamur, &c.

Deus qui populo tuo æternæ salutis B. Liborium ministrum tribuisti, quæsumus, ut quem Doctorem vitæ habuiimus in terris, intercessorem semper mereamur habere in cælis. Per Dominum.

III.